AD SACRVM VALENTINVM

SIMVLACHRVM SANCTISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ SVB INVOCATIONE

DESERTORVM.

CANTICVM.

ALma Dei-genitrix,
Quæ manu valida
Desertos homines
Protegis anxia.
Abigail prouida,
Dum Regis ardua
Viscera temperas,
Ferens donaria.
Ruth solertissima,
Colligens pallidas
Corporum stipulas,
Post messas animas.
Esther misericors,
Hostiles machinas,
Populi gemitus,
Reprimens, alleuans.
Iudith pulcherrima,
Quæ ciuiũ lachrimas
Collo in tyranico
Tollis impauida.
Seruatrix populi
Iael es altera,
Tempora conterens
Colubri squamea.

Arca Noemica,
Inter naufragia
Seruans incolumes
Animas traditas.
Columba ramulũ
Ferens, quæ maxima
Naufrago sæculo,
Retulit gaudia.
Cuius in dextera
Lilia candida,
Pacis sunt omina,
Semper alacria.
Virga, quæ fontiũ
Soluit, si quatiat
Pectora in vndulas,
Vel Adamantina.
Cuius ad porticũ
Nemo opẽ flagitat,
Qui domum repetat
Indigus gratia.
Deserti mystica
Tu petra es, satians
Gemẽtem populum
Vnda crystallina.

Nubes benefica,
Quæ comes addita
In necem traditis,
Pluit solamina.
Te matrẽ prædicãt,
Te numen aduocant
Insontes pueri,
Gensque lymphatica
Te sola opifera,
Quã parant Tartara.
Afligens illico
Cessat calamitas.
Si facta sterilis
Gleba sit arida,
Populi precibus
Imbre illam saturas.
Viscera reddere
Tibi holocaustica
Sit pro anathemate,
Sint thimiamata.
Ydropoliticas
Gentes, vt aueas
Nunquam deserere,
Ora ad te clamitant.

AD SACRVM VALENTINVM

SIMVLACHRVM SANCTISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ SVB INVOCATIONE DESERTORVM

CANTICVM.

Alma Dei genitrix
Quae manu valida
Desertos homines
Protegis anxia.
Abigail prouida,
Dum Regis ardua
Viscera temperas,
Ferens donaria.
Ruth solertissima,
Colligens pallidas
Corporum stipulas,
Post messas animas.
Esther misericors,
Hostiles machinas,
Populi gemitus,
Reprimens, alleuans.
Iudith pulcherrima,
Quae ciuiũ lachrimas
Collo in tyrannico
Tollis impauida.
Seruatrix populi
Iael es altera,
Tempora conterens
Colubri squamea.

Arca Noemica,
Inter naufragia
Seruans incolumes
Animas traditas.
Columba ramulũ
Ferens, quae maxima
Naufragio saeculo,
Retulit gaudia.
Cuius in dextera
Lilia candida,
Pacis sunt omina,
Semper alacria.
Virga quae fontiũ
Soluit, si quatiat
Pectora in vndulas,
Vel Adamantina.
Cuius a porticũ
Nemo opẽ flagitet,
Qui donaria reportat
Indigus gratia.
Deserti mystici
Tu petra es, satians
Gementem populum
Vndae crystallina.

Nubes benefica,
Quae comes addita
In necem traditis,
Pluit solamina.
Te matrẽ praedicãt,
Te numen aduocant
Insontes pueri,
Gensque lymphatica
Te sola opifera,
Quã parant Tartara.
Affligens ilico
Cessat calamitas.
Si sicca sterilis
Gleba sit arida,
Populi precibus
Imbre illam saturas.
Vitae ea reddere
Tibi holocaustica
Sit pro anathemate,
Sint thimiamata.
Ydropoliticas
Gentes, vt aueas
Nunquam deserere,
Ora ad te clamitant.